

» Item voluerunt et convenerunt dicti procuratores et sindici  
 » dominorum et communium predictorum insimul et vicissim pro-  
 » curatoriiis et sindicariis nominibus supra dictis. Et rectores civi-  
 » tatis Tervisii et castrorum et locorum eorum que data et dimissa  
 » sunt seu dari et dimitti debent tam domino duci et communi Ve-  
 » netiarum quam communi Florentie una cum omnibus stipendiariis  
 » equestribus et pedestribus et aliis omnibus in dicta civitate et  
 » locis et castris existentibus et exire volentibus cum armis, equis,  
 » arnesiis, guarnimentis et rebus eorum et dictorum dominorum  
 » de la Scala, cujuscumque conditionis existant, securi et liberi  
 » permittant abire. Et usque in locum tutum, si opus fuerit, per  
 » dicta comunia conducantur.

» Item quod domini de la Scala et Comune Verone aquam et  
 » transitum aque Padi dimittent liberam et aptam omni tempore et

confronto coll' autentico originale, da cui  
 l'ho trascritto io. Presso il Verci adunque  
 cosi prosegue il trattato: « Item dicti do-  
 mini de la Scala et commune Verone de-  
 bent permettere transitum aque Padi li-  
 berum et patentem omnibus mercatori-  
 bus navibusque euntibus ac redeuntibus  
 per dictum flumen, nec aliquid innovare  
 circa transitum Padi apud Hostigliam,  
 vel in quodam alio loco. Item pacta anti-  
 qua inter commune Vincentie integre  
 observari debent. Item magnificus miles  
 dominus Ubertinus de Carraria dominus  
 generalis civitatis Padue et commune  
 Padue, atque habitatores illius cum ca-  
 stro Baxani et Castribaldi noviter conces-  
 sis communi Venetiarum et omnia alia  
 castra, terre, loca et comunia territorii pa-  
 duani sint et intelligantur inclusa pre-  
 senti huic paci. Item dominus Albertus  
 et Mastinus prefati remaneant et sint li-  
 beri domini civitatum Verone, Vincentie  
 et Parme eorumque districtuum, excep-  
 tis loci Rossorum et amicorum in hac pa-

ce contentis; similiter civitas Luce cum  
 districtu sui remaneat in manibus et po-  
 testate antedictorum Mastini et Alberti,  
 exceptis locis et castris iis, que communi  
 Florentie sunt tradenda. Item excellens  
 princeps Carolus rex Boemie primogeni-  
 tus et dominus Joannes dux Carinthie  
 ejus frater qui in federe et unione fuere  
 cum dictis comunibus Venetiarum et  
 Florentie includantur ac inserantur pre-  
 dicte paci et concordie una cum civitati-  
 bus Feltri et Belluni et omnibus castris  
 eorum et districtibus. Item Azzo Viceco-  
 mes dominus Mediolani et domini Obiz-  
 zo et Nicolaus marchiones estenses domi-  
 ni generales civitatum Ferrarie et Muti-  
 ne, dominus Aloisius de Gonzaga et filii  
 domini . . . . . civitatum Mantue et Re-  
 gii, dominus Hostasius de Polenta domi-  
 nus civitatis Ravenne et Cervie, et Sic-  
 cus de Caldonatio et fratres et nepotes  
 cum eorum civitatibus et districtibus  
 eorum, includantur et intelligantur in-  
 clusi presenti paci. »